

industria, <sup>a</sup> intendetur socordia, si nullus ex se metus, aut spes, & securi omnes aliena subsidia expectabunt, sibi ignavi, nobis graues. Hac, atque talia, quanquam cum ad sensu audita ab his, <sup>b</sup> quibus omnia principum honesta atque inhonesta laudare mos est, plures <sup>c</sup> per silentium, aut occultum murmur exceperere. <sup>d</sup> sensitque Tyberius. Et cum <sup>e</sup> paulum reticisset, <sup>f</sup> Hortalo se respondisse ait. ceterum si <sup>g</sup> patribus videretur, daturum <sup>h</sup> liberis eius <sup>i</sup> ducena festertia singulis qui sexus virilis essent. egerere alii grates, siluit Hortalus, pauore, an auita nobilitatis: etiam inter angustias fortunae retinens: neque miseratus est posthac Tyberius, quamuis domus Hortensii pudendam ad inopiam dilaberetur. <sup>j</sup> Eodem anno mancipij vnus audacia, <sup>k</sup> ni mature <sup>l</sup> subuentum foret, discordiis, armisque ciuilibus Remp. perculisset. Posthumi Agrippae seruus, nomine Clemens, comperto sine Augusti, pergere in insulam Planasiam, & fraude, aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, <sup>m</sup> no seruili animo, concepit. Ausa eius impediuit tarditas onerariae nauis. atque interim <sup>n</sup> patrata cede, <sup>o</sup> ad maiora & magis praecipitia conuersus, furatur cineres, vectusque Coram Ethruiae promontorium ignotis locis sese abdit, donec crinem, barbamque promitteret. Nam atate & forma haud dissimili in dominum erat. Tum per idoneos & secreti eius fo-

1. sic li. 13. Ann. Sed nobili familiae honor auctus est, oblati in linguos annos quibus ieiunius quibus Messala paupertate innoxiam sustentaret.

2. Tale quiddam vide lib. 1. hist. ibi. Tunc Seruus est Pontus, & ibi. Exterat quidam Scribomanus &c.

3. Interfecto Agrippa.

## OBSERVATIONES.

- a Paupertati hoc acceptum referri debet, quod ea intenditur industria, & languescit socordia.  
 b Adularorum haec est verissima definitio, ut sint ii, quibus omnia principum honesta, atque inhonesta laudare mos est, quod principes aiunt, affirmant & ipsi, quod negant, ipsi pernegant.  
 c Qui coram principe, post alicuius verba, quae alii approbarunt, silet, aut occulte murmurat, is satis ostendit sibi id, quod agitur, minime probari.  
 d Haec debet esse sagacia principis, ut ex vultu quid quisque animi habeat, coniecerit; ut si forte aliqua in se offensio orta est, ex tempore iis, quibus cum ipsi res est, satisfaciat.  
 e Cum seria tractamus, lingua cogitationem praecurrere non debet.  
 f Iudicium cuiusque in eo perspicitur, si distinguenda non confundit, certe Tyberius Hortalo se respondisse dicit: mox ea, quae se equum est facere, velle se proficetur.  
 g Etsi in vnus principis manu id, quod agitur, est, nihilominus tamen senatorum, atque hominum amplissimorum benevolentiam sibi conciliabit, si nihil, nisi de eorum sententia velle se statuere palam proficitur; tanquam si eos potestatis participes habeat.  
 h Princeps in iis, quae magis ex se, suaque liberalitate, quam ex aliorum iudicio, aut decreto pendent, maiorem haud dubie laudem consequetur, si se facilem praebet, quam si sedulo aduersabitur viris amplissimis, quorum iam inclinationem studiaque perspexit.  
 i Eximie nobilitatis homines, etiam inter angustias fortunae, animum minime remittunt.  
 k Et ab hominibus obscurissimis interdum talia proficiuntur, quibus si non mature subuenitur, magna damna, magnaeque calamitates in remp. importantur.  
 l Siqui non motus ad principem deseruntur, principis obstet, mature, inquam, subueniat; nam postea nequequam medicina paratur.  
 m Non est nouum, neque mirandum, homines obscuros, atque ad id seruos ipsos nequaquam seruili, sed excelso animo esse.  
 n Animus audax etsi prima propter fortuitum aliquod non prouenerunt, non tamen incepto ab-sistit; sed maiora aggreditur.